CHRY. sup̄ math. Malū hominē melius locū dādo pōt aliquis vincere q̄ rīdendo: qd̄ malicia non instruitur finonibus: sed excitat̄: et iō dñs recedēdo p̄pescere studuit: quos rīdendo nō p̄pescit. vñ dñs: Et relictis. il. abi. fo. extra ciuit. i. betha. **HIERO.** Dñs autē intelligēdū ē qd̄ dñs tante fuerit paupertatis et ita nulli adulat̄: sit: vt in vrbema xīma nullū hospitē: nullā inuenerit māsonē: s. in vico puulo apud lazarū sorozesq̄ eius habitaret. eoz quippe vicalus bethania ē. vñ sequit̄: Ibiq̄ mansit. **CHRY.** sup̄ math. Ut. i. ibi maneret corporaliter vbi et spiritualiter re paufabat. nā sanctorū viroz ē qd̄ nō gaudēt vbi epule largē sunt: sed vbi sanctitas floret. **HIERO.** Discussis autē noctis tenebris: cū in ciuitatē reuerteret dñs clurij. vñ seq̄ tur: Mane autē reuer. in ci. esu. veritatē. s. humane carnis oñdens. **CHRY.** sup̄ math. Qñ enīz cōcessit carnī qd̄ p̄pū erat pati: tūc demōstrat eius passiōē. **RABA.** Nota autē maiorēz studiōsi operatoris effectū dñi dicitur mane reuertisse in ciuitatē vt predicaret: et vt aliquos dñi patri acquireret. **HIERO.** Dñs autē passurus in populo et bauiaturus scandalū crucis: voluit discipuloz animos signi anticipatiōe firmare. vñ sequit̄: Et vñ. fici arbo. vñz ve. ad eam: et nihil inue. in ea nisi fo. tñ. **CHRY.** in ho. Nō p̄ hoc veniebat qd̄ esuriebat: s. p̄ discipulos: qd̄ n. vbiq̄ bene faciebat: nullū autē puniebat: oporebat et p̄uinitus eius virtutis demōstrationē tribuere. Noluit autē in hominibus hoc oñdere: sed in planta. **HIERO.** Et in hoc quidē bonitatis domine argumētū reperimus. Nā vbi asserre voluit p̄curare p se salutis exemplū virtutis sue p̄tatem in humanis corporibus exercuit: spem futurorū et aie salutēz curis p̄sentijz cgritudinū cōmendans nunc vero vbi in cōtumaces formā seueritatis cōstituebat: futuri spem damno arboris indicauit. vnde sequitur: Et ait illi: Nūq̄ ex te fruct. nasc. in sempit. **HIERO.** Vel in ficulnū: vt rursū enī mō ḡrec sermo significat. **CHRY.** in ho. Suspitionis autē discipuloz erat existimare p̄pter hoc eā ēē maledictā: qd̄ nō habebat fructū: cur igit̄ maledicta ē discipuloz ḡra vt discant qm̄ poterat siccare eos qd̄ crucifixerūt eū. vñ sequit̄: Et arefacta ē cōti. ficul. Jō autē nō in alia planta: sed in oīum humidissima miraculū hoc fecit: vt et hinc malus hoc miraculū appareat. Cū autem in plantis vel in buriis sit aliquid tale: non queras qualiter iuste siccata est ficus si ipsa nō erat. hoc enim querere est vltimē demētie: qd̄. s. in talibus nō inuenit culpa et pena sed miraculū inspice: et admirare miraculi factorē. vnde sequit̄: Et viden. disci. mi. sunt dñi. qūo cōti. aruit? **GLO.** Nō facit creator iniuriā possidenti: sed creatura suo arbitrio ad vtilitatē alioz mutatur. **CHRY.** in ho. Et vt oīscas qm̄ p̄ eos fecit ē. s. vt ad cōfiteūdū eos erigat. audi qd̄ deinceps dicat. Sequit̄ enim: Rñ. autē iēsus ait illis: Amē dñi. v. o. si habu. fidē. **HIERO.** Latrant p̄tra vōe gentiliū canes: asserētes apostolos n̄ habuisse fidē: qd̄ mōtes trāferre nō potuerunt. Quibus rīdemus multa facta ēē: s. gna a dño: qd̄ scripta non sunt: igit̄ et hec credimus fecisse apostolos: sed iō scripta nō ēēne fidelibus contradicēdi maior daret occasio: alioquin iterrogemus eos vñz credant his signis qd̄ scripta narrant an non? et cū incredulos viderimus: p̄nter p̄babimus nec maioribus eos credituros fuisse: qui minoribus nō crediderūt. **CHRY.** in ho. Hoc autē qd̄ dñs dicit oīoni ascribit et fidei. vñ itēz dicit: Oia quecunq̄ p̄c. in ora. creden. acci. dñi discipuli enim christi

christi nihil eorum que non oportet petere et quasi credentes magistro nihil aliud petunt nisi magna et celestia. **RABA.** Quotiescumque autem petentes non exaudimur: id est quod vel contra auxilium nostre salutis petimus: vel quod eorum per quibus petimus persequitur ne ipse petimus obsequatur: vel in futurum petiti onis nostre differat effectus: ut desideria crescant: et perfectius capiamus gaudia que requirunt. **AVG.** de quod. euan. Considerandum autem quod miratos esse discipulos de hoc quod parboz aruerat: et eis dominus misisse quod dictum est de fide: non ipso sedo die quo male dixerat arboz: sed tertio die marcus dicit. Ipso quippe die sedo commemoravit marcus de templo electos vendentes: quod primo die sancti pretermiserat. ipso quod sedo die dicit facta vespere egressum de ciuitate: et cum mane transisset vidisse discipulos mane sanctam sicut aridam. **Mattheus** autem sic loquitur: tunc sedo die hoc totum sit factum: unde intelligitur quod cum mattheus dixisset arefacta est prunus ficulnea: pretermisit ceteris ad secundam die principibus adiunxit statim: et videntes discipuli admirati sunt: ita tamen quod alio die viderit dominus ficulneam: et alio die discipuli mirati sunt. intelligitur enim non tunc aruisse quando videretur arefacta: sed continuo quando maledicta est: non enim arefacta tunc: sed penitus arefacta videretur: ac si ea continuo in verbo dominus aruisse intellexerunt. **ORIG.** Mystice autem relinquens dominus principes et scribas: facti extra hierusalem terrenam quod ideo cecidit: venit autem iherosolima ad domum obedientie: id est ecclesiam ubi cum requieuerit post principium constituit ecclesiam reuerit in ciuitate quam paulo ante reliquerat: et reuertens elurigit. **CHR.** in hoc. Si autem quis homo elurigerit cibum carnalem: nunquam mane elurigerit: sed mane elurigerit alioz eluritur salutem. **HIE.** Arboz autem quam vidit in via intelligitur synagoga que iuxta viam erat: que legem habebat non tamen credentem in viam. **HILA.** Que ficus arbori parat quod credentes primi ex israel apostoli grossorum: mox ceteros resurrexerunt gloria et tempore antecibunt. **CHR.** sup. math. Ficus est propter multitudinem granorum sub vno cortice est quasi congregatio multorum fidelium. Nihil autem inuenit ea nisi folia tamen. traditiones pharisaicas: lactationem legis absque fructibus veritatis. **ORIG.** Et quoniam arbor illa erat figuratim aiaz bnis: quasi audiret dicitur: Nunc ex te fructus nascatur in semper tamen: id est instructuosa est synagoga iudeorum: et hoc erit usque ad consumationem seculi: donec intrauerit gentium multitudo: et aruit ficulnea adhuc peregrinante in hac vita christo: et videntes discipuli oculis spiritualibus mysterium fidei siccitate mirati sunt. sed et discipuli christi fideles et non hesitantes relinquentes eam siccitatem faciemus vitalis virtutis: transierit ab eis ad gentes: sed et a singulis quod adducunt ad fidem: tollit mox ille sathanas et mittit in mare. id est in abyssum. **CHR.** sup. math. Vel in mare. id est in istum mundum ubi sunt aque salte. id est populi iniqui. **RABA.** Exclusionem. non sua ab electis amplius seculum vindicat in reprobis. **AVG.** de quod. euan. Vel hoc tibi suus dei dicere de monte superbie: ut ea se repellat. vel quod per eos euangelium predicatum est ipse dominus quod mons appellatus est a iudeis et gentes tamen in mare iacit. **ORIG.** Dominus est qui obedit verbo dei bethania est: et requiescit christus in eo: malos quod de peccatores relinquit. qui autem fuerit apud iustos sit et apud alios post illos et cum illis: non enim de quod relinquit bethaniam venit i ciuitatem. Eluritur autem semper dominus in iustis: volens manducare fructum spiritus sancti eis: qui sunt caritas: gaudium et pax. Erat autem secus via hec ficus que folia tamen habuit sine fructu. **CHR.** sup. math. i. iuxta mundum. Si enim homo iuxta mundum vixerit non potest se fructu iusticie tenere. **ORI.** Si autem venerit dominus temptationibus fructum requirere: et inuictus fuerit aliquis nihil iusticie bnis: nisi professionem modo fidei: quod est folia sine fructu: mox excidat: hoc ipsum est quod videri delis amittit. sed et unusquisque discipulorum sic ut arefcere facit manifestum facies cum ea vacui a christo: sicut petrus dixit ad simonem: Cor tuum non est rectum coram deo. Melius est enim ut fallace ficum qui viuere estimat: non autem fructificat: sic ut carum ubi discipulorum christi et fieri manifestum quam ut furem

per figmentum innocentium corda. Est autem et in vno quoque in fidelis mons immensuram infidelitatis sue qui verbis dei scipulorum christi tollitur.

Et cum venisset in templum: accesserunt ad eum docentem principes sacerdotum et seniores populi dicentes: In qua potestate hec facis? Et quis tibi dedit hanc potestatem? Respondens iesus dixit eis: Interrogabo vos et ego vnum sermonem quem si dixeritis mihi: et ego vobis dicam in qua potestate hec facio. Baptismus iohannis unde erat: et celo: an ex hominibus? At illi cogitabant inter se dicentes: Si dixerimus e celo: dicet nobis: Quare ergo non credidistis illi? Si autem dixerimus ex hominibus: timeamus turbas. Quos enim habebat iohannem sicut prophetam. Et respondentes iesu dixerunt: Nescimus. At illis: et ipse: Nec ego dico vobis in qua potestate hec facio.

CHR. Quia viderat sacerdotes christum cum magna gloria introeuntem in templo: inuidia torquebant. Itaque non sufficientes in pectore suo inuidie stimulantis ardore: prumpunt in vocem. unde dicit: Et cum ve. in te. ac. ad eum deo. pri. sa. et se. po. di. In quo. h. fa. **CHR.** in hoc. Quod n. signis detrahente non habet ex his qui bibebant in templo videre: afferunt reprehensionem: ac si dicerent: Nunc magistralis suscepisti thronum. Sacerdos presecrat es. quoniam tanta demonstrasti potestatem. **CHR.** sup. math. Per hoc autem quod subdit: Aut quis de tibi hac potestatem. Ondunt multas esse personas: quod dant hominibus potestatem siue et corporales siue spirituales: quasi dicerent: De sacerdotali familia gentium non es: senatus tibi hoc non concessit: celum non donauit. Si autem credidissent quod omnis potestas ex deo esset: nunquam interrogassent quis dedit tibi hanc potestatem. Dis enim homo finem se estimat atque: fornicarius neminem estimat castum. castus non facile de fornicario suspicatur: sic quod non est ex deo sacerdos: nullius sacerdotum putat ex deo. **HIE.** Vel his verbis eandem quam supra calumnias struunt: quoniam dixerunt: In beelzebub principe demoniorum egredieris demonia. Quoniam enim dicitur: In qua potestate hec facis. dubitat de dei potestate: et subintelligi voluit diaboli esse quod faciat. Addebat quoque Quis tibi dedit hanc potestatem. manifestissime dei filium negant: quem putant non suis sed alienis viribus signa facere. Poterat autem dominus aperta ratione terentorum calumniam refutare: sed prudenter interrogauit ut suo ipsi vel silentio vel scia penderetur. unde sequitur: Respondens iesus dixit eis: Inter. vos et ego vnum sermonem. **CHR.** sup. math. Non quod ut respondentes audiant: sed ut ipse non interroget quod ipse preceperat: Nolite sancti dare canibus. Deinde et si dixisset nihil proficeret: quod non potest sentire que lucis sunt tenebrosa voluntas. Interrogante enim oportet docere: tentantes autem rationabili percussione confundere: non autem ei virtutes mysterium publicare. Dominus ergo simplici interrogationi laqueum ponit in sua interrogatione et quod cum vitare non poterat: subdit: Quem si dixeritis mihi et ego vobis dicam in qua potestate hec facio. Est autem interrogatio talis: Baptismus iohannis unde erat: et celo: an ex hominibus.

AVG. sup. ioh. Accepit quod iohannes ut baptizare posset ab eo quem postmodum baptizauit: baptismus autem quem accepit baptismus iohannis hic dicitur. Solus tale donum accepit nullus ante ipsum iustum: nullus per ipsum accepit baptismum qui baptismus diceret ipsum. Venit enim iohannes baptizare in aqua penitus viam domino preparando: non interius mundando: quod purus homo non potest. **HIE.** Ipsi autem sacerdotes quod in sua malicia pertraxerunt ostendit cum subdit: At illi cogitabant inter se. Si enim respondissent baptismus iohannis esse de celo: consequens erat responsio: quare non estis baptizati a iohanne. Si autem dicere voluissent humana deceptione compositum et nihil habere diuinum seditionem populi formidabant. Quos enim congregare multitudines iohannis receperat baptismus et sic habebat eum ut prophetam. Respondit itaque impudens fictio

et humilitatis verbo quo nescire se diceret versa est ad insidias cooperiendas. unde sequitur: Et respondentes iesu: dixerunt nescimus. In eo quod nescire se responderat mentiti sunt consequens ergo erat iuxta responsionem eorum dominum quod diceret: Nec ego scio: sed metiri veritas non potest. Sequitur enim ait illis et ipse: nec ego dico vobis in qua patre hec facio. Ex quo ostendit et illos scire: sed respondisse nolle: et se nosse et ideo non dicere: quod illi quod sciant taceant. **ORIGENES.** Sed dicit aliquis contra hoc quod ridiculum erat interrogare in qua patre hec faceret iesus: nec enim poterat fieri ut ruderet: quod in patre diaboli faceret: sed nec ipse ruderet quod erat verum: quoniam in patre propria facit. Si quis autem dicat: quoniam interrogabat principes ut illum terreret et reputa si facit aliquis quod nobis non placet in nostris dicimus ei: quis te iussit hoc facere. eum terretes ut recedat ab actu: sed quod quod et christus ita rudit: Dicite mihi vos hoc et ego vobis dico in qua patre hec facio. forte ergo sic intelligit hic locus: generaliter quod sunt due patres dixerunt: una ex parte dei altera ex parte diaboli: spectat aliter autem sunt plures. Non enim una pars oibus prophetis facientibus signa cooperabatur: sed alia istis alia illis: et ad res fortissimum inferiores: ad res autem eminentiores eminentiores. Principes autem sacerdotum videbant iesum multa prodigia facientem et ideo patris sibi cooperantis spiritum et proprietatem volebant audire a christo. Alii quidem qui signa fecerunt: in primis quod de in ista patre fecerunt. Profectus autem in alia patre: maiori tamen saluatoris universa fecit in una patre quas accepit a patre. Quoniam autem non erat digni talia audire mysteria: propterea non dat eis rursus sed contra interrogat. **RABBI.** Ob duas causas scia veritas est occultata gentibus: cum scilicet quod autem minus capax est ad intelligendum: aut odio vel contemptu veritatis indignus est: cui debeat aperiri quod querit.

Quid autem vobis videtur: Non quid habebat duos filios: et accedens ad primum dixit: Fili: vade hodie operari in vineam meam: Ille autem respondens ait: Nolo. Postea autem pater motus abiit. Accedens autem ad alterum dixit fili: At ille respondens ait: Ego dñe: et non iuit. Quis ex duobus fecit voluntatem patris? Dixerunt ei: Primus. Dicit illis iesus: Amen dico vobis quod publicani et meretrices precedunt vos in regno dei. Venit enim ad vos iohannes in via iusticie: et non credidistis ei. Publicani autem et meretrices crediderunt ei: vos autem videntes nec penitentiam habuistis postea ut crederetis ei.

HIERONYMUS. Post promissa infero dominus parabola qua et illos ipse etatis arguat: et ad gentes regnum dei doceat transferendum dicens. Quid autem vobis videtur: **CHRISTUS.** super matth. Quos reos proponit in causa: ipsos et iudices perit: ut a nullo mereatur solui: quod seipos condemnant. Magna est fiducia iusticie: ubi aduersario ipse causa mittitur. In parabolis ergo figurat personas eorum ut non intelligat: quod ipsi aduersus se sententiam dicerent. Sequitur enim. Non quid habebat duos filios. quis ille: nisi deus quod omnes homines creauit: quod cum sit natura dominus: tamen vult magis diligere quam pater quam timere ut dominus. Pater: filius gentium populus erat: minor vero populus iudeorum: quoniam gentes quod dederant ex tempore noce. Sequitur: Et accedens ad primum dixit: fili vade hodie. ope. in vinea mea. hodie. id est tempore seculi huius. locutus est autem non in facie ut homo: sed in corde ut deus sensibus igitur rens intellectum. Operari autem in vinea est iusticia facere: nescio autem si tota quod hominum sufficiat operari. **HIERONYMUS.** Primum ergo de gentium populo per naturalis legis noticia. Tunc et opere in vinea mea: hoc est quod tibi non vis fieri: alteri ne feceris: quod super respondit. non sequitur. Ille autem respondens ait: Nolo. **CHRISTUS.** super matth. Gentes enim a principio relinquentes deum et iusticiam eius et transientes ad idola et peccata in cogitationibus suis ruderem videntur: Nolumus facere dei iusticiam. **HIERONYMUS.** Postea vero in aduentu saluatoris: gentium populus

acta penitus operatus est in vinea dei et sermonis contumaciam labore correxit: et hoc est quod dicit: Postea penitus motus abiit. Sequitur: Accedens autem ad alterum dixit similiter: At ille respondens ait: Ego dñe. Secundus enim filius: populus iudeorum: est quod rudit moysi: Oia quecumque dixerint nobis dominus faciemus. **CHRISTUS.** super matth. Sed postea auersi: mentiti sunt deo: in illud: filii alieni mentiti sunt mihi: et hoc est quod dicit: Et non iuit. In terrogat ergo dominus pater. Quis ex duobus fecit voluntatem patris? Dixerunt ei: Primus. vide quomodo aduersus se puluerunt sententiam dicentes: Primum ergo filium voluntatem patris fecisse. id est populum gentium: quod melius est non promittere deo iusticia et facere quod promittere et metiri. **ORIGENES.** Unde potest considerari dominus esse locutus in parabola ista ad eos qui modicum aut nihil promittunt: operibus autem ostendunt: et contra eos quod magna promittunt: nihil autem in promissione sua agunt. **HIERONYMUS.** Sciendum est autem in veris exemplaribus non haberi nouissimum sed primum: ut proprio iudicio condemnent. Si autem nouissimum voluerimus legere ut quidam bene manifesta est interpretatio ut dicimus intelligere quidem veritatem iudeos: tergeri sari et nolle dicere quod sentiunt: sicut ad baptismum iohannes scientes esse de deo dicere noluerunt. **CHRISTUS.** super matth. Eorum autem iudicium dominus abundanter confirmat. unde sequitur: Dicit illis iesus: Amen dico vobis: quod publicani et meretrices precedunt vos in regno dei: ac si dicat: Non solum populi gentium melior est vobis: sed et publicani et meretrices. **RABBI.** Potest autem regnum dei euangelium vel ecclesia penitus intelligi: in quo gentes iudeos precedunt: quod citius credere voluerunt. **ORIGENES.** Per hoc autem non excluditur quin iudei aliquando intrent in regnum dei: sed cum plenitudo gentium intraverit: tunc omnis israel saluus fiet.

CHRISTUS. super matth. Puto autem quod ex persona oium virorum peccatorum publicani ponuntur: et ex persona oium mulierum peccatricum meretrices: quod auaricia precipue in vris abundat: fornicatio autem in mulieribus. Mulier enim in quiete sedet inclusa: fornicatio autem maxime ex ocio nascitur. vir autem quoniam in actibus rebus diuersarum est assidue auaricie peccatum facile incurrit: in fornicationem autem non facile: nisi multum sit lasciuus. nam occupatio virilium sollicitudinum: voluptatem plerumque excludit. unde proprium est hoc adolescentium nihil agendum. Consequenter exponit causam eius quod dixerat dicens. Venit enim iohannes ad vos in via iusticie: et non credidistis ei. **RABBI.** Nam iusticie iohannes predicans venit quia christum qui consumatio legis est. digito monstrauit.

CHRISTUS. super matth. Vel venit in via iusticie sic manifeste ut conuersario eius venerabilis peccatorum corda concuteret. unde sequitur: Publicani autem et meretrices crediderunt ei. Considera quomodo conuersario boni predicatois predicationi prestat virtutem ut etiam in domo ta domet corda. Sequitur: Vos autem videntes nec penitentiam habuistis postea ut crederetis ei. ac si diceret: Illi fecerunt quod maius est credendo. Ipsi autem neque penitentiam fecerunt quod minus est. In hac autem expositione qua sunt multorum expositiones tractauimus aliquid mihi videtur esse contrarium. Si enim duo filii iudei et gentes intelligendi sunt: postquam sacerdotes interrogati responderunt primum filium patris voluntatem fecisse: concludens christus parabola. sic debuit dicere: Amen dico vobis: quod gentes precedunt vos in regnum dei. Nunc autem dicit quia publicani et meretrices precedent vos in regnum dei: quod magis popularium hominum ostendit conditionem quam gentium: nisi forte intelligamus ut prius dictum est. In tantum gentium populus magis placet deo quam vos: ut etiam publicani et meretrices sint acceptabiliores deo quam vos.

HIERONYMUS. Unde alii putant non gentium et iudeorum esse parabola: sed simpliciter peccatorum et iustorum: eo quod illi quidem per mala opera deo seruire negauerunt: postea penitus baptismum acceperant a iohanne. Pharisei autem qui iusticia preferebant et lege dei se facere iactabant: iohannis contempto

contempto baptisinate eius precepta non fecerunt. **CHRY.** super math. Hoc autem ideo introducit: quia sacerdotes non discendi causa: sed tentandi interrogauerunt. In qua parte hoc facit: Multi autem ex populis crediderunt: et ideo introducit parabolam duorum filiorum ostendens eis per eam: quia meliores sunt seculares quam a principio seculares. presentem vitam quam sacerdotes: quam a principio presentem deo frui: quam populares quam de aliquo punctu puerunt ad deum: sacerdotes autem presentem frui: presentem deum presentem peccare in deum. **PRIO.** n. filii populi? n. n. populi? et per sacerdotes: sed sacerdotes per populum. **Aliam parabolam audite.** Homo erat paterfamilias qui plantauit vineam: et sepe circumdedit eam et fodit in ea torcular: et edificauit turrin: et locauit eam agricolis: et peregre profectus est. Cum autem tempus fructus appropinquaret misit seruos suos ad agricolas ut acciperent fructus eius. Et agricole apprehensis seruis eius: alium ceciderunt: alium occiderunt: alium vero lapidauerunt. Iterum misit alios seruos plures prioribus: et fecerunt illis similiter. Nouissime autem misit ad eos filium suum dicens: Verebuntur forte filium meum. Agricole autem videntes filium: dixerunt inter se: Hic est heres: venite occidamus eum: et habebimus hereditatem eius. Et apprehensum eum eiecerunt extra vineam: et occiderunt. Cum ergo venerit dominus vinee quid faciet agricolis illis? Auiunt illi: Malos male perdet et vineam suam locabit alijs agricolis: qui reddant ei fructum temporibus suis. Dicit illis Iesus: Numquam legis in scripturis Lapidem quem reprobauerunt edificantes hic est factus in caput anguli. A domino factum est istud: et est mirabile in oculis nostris. Ideo dico vobis quia auferetur a vobis regnum dei: et dabitur genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit super lapidem istum continebitur: super quem vero ceciderit: conteret eum.

CHRY. in bo. Post priorem parabolam aliam ponit ut ostendat eorum accusatores esse maiores et venia indignam. unde ostendit: Alia parabolam autem. Homo erat paterfamilias vineam. **ORIGE.** Homo paterfamilias deus est qui deus homo in quibusdam parabolis: sicut si pater cum parulo filio suo loquatur infantia ut descendat ad verba filii sui et instruat eum. **CHRY.** super math. Homo autem dicitur nomine non natura: similitudine non veritate: prescius enim filius quia propter appellationem humani nominis quasi homo purus fuerit blasphemandus: etiam deum patre inuisibilem hominem appellauit: qui angelorum et hominum natura dominus est benivolentia pater. **HIE.** Plantauit autem vineam de qua. Isa. loquitur vineam domini Sabaoth domus israel est. Sequitur: Et sepe circumdedit eam: vel murum verbis vel angelorum auxilia. **CHRY.** super math. Vel per sepe intelligit custodiam patrum iustorum qui tanquam murus facti sunt populo israel. **ORIGE.** Vel custodia dei fuit sepe ipsius: torcular autem locus libationis de quo sequitur: Et fodit in ea torcular. **HIE.** Altare. scilicet: et torcularia illa quorum titulus tres psalmi prophetant: octauus: octogesima: octogesima tertius. scilicet: martyres. **HILA.** Vel prophetas quasi quedam torcularia aptauerunt quos multi modo quedam veritas spiritus sancti feruentis influeret. **CHRY.** super math. Vel torcular est verbum dei quod cruciat hominem contradicente carnis natura. Sequitur: Et edificauit turrin. **HIE.** id est templum de quo dicitur per Micheam: Et in turris nebulosa filie syon. **HILA.** Vel in turris eminentia legis extruxit: que et in celis ex solo egredi su pueret: et ex qua speculati christi posset aduersari.

quitur: Et locauit eam agricolis. **CHRY.** super math. Quia scilicet per legem constituti sunt sacerdotes et leuitae: per constitutionem regendi populum susceperunt. Sicut autem colonus quis de suo munere obtulerit domino: non sic eum placat sicut si de vinea eius redditus ei obtulerit: sic et sacerdos non tantum pro sua iusticia placet deo quod si populum dei in sanctitate docuerit: quam ipsius iusticia una est: populi autem multiplex. Sequitur: Et peregre profectus est. **HIE.** Non loci mutatione nec enim deus alicubi abesse potest quod complent omnia: sed abire videtur a vinea: ut vinitoribus liberum operandi arbitrium derelinquat. **CHRY.** in bo. Vel peregre profectus est: cum longanimitatem habuit non semper eorum peccatis penas inducens. **ORIGE.** Vel quod dominus qui fuerat cum illis in nube dei et in columna ignis per noctem: nequaquam postea similiter apparuit illis. In ista ergo iudaicus populus vinea nominatur: et pminatio patrum familias contra vineam fit. In euangelio autem vinea non culpat: sed eius coloni. sed forte in euangelio vinea est regnum dei. id est: doctrina que scripturis inserta est scientie: vita autem irreprehensibilis hominum: est vinee fructus. Littera autem scripture est vinee sepes circumposita ut non videatur ab his qui foris sunt fructus qui sunt in abscondito. presentitas autem eloquiorum dei est vinee torcular: in quod quam profecerunt de eloquijs dei: infundunt studia sua quasi fructus. Turris autem edificata est verbum de ipso deo et de dispensationibus christi hanc vineam tradidit colonis. id est: populo ante nos: tam sacerdotibus quam laicis. Et peregre profectus est: ad suam prosecutionem dans occasionem colonis. Appropinquat autem tempus fructuum et finem vni quorum et generaliter populo vniuerso. Primum enim vite tempus est finem in fantiam: et tunc nihil vinea ostendit: nisi tamen hominem in se vitalem virtutem: cum autem inceperit posse loqui tempus est generationis. Quantum autem proficit anima pueri et tantum vinea. id est: verbum dei. et post profectum vinea operatur fructum maturum charitatis et gaudij et pacis et huiusmodi. Sed et populo qui acceperunt legem per moysen tempus fructuum appropinquat aliquando. unde sequitur: Cum autem tempus fructuum appropinquaret misit seruos suos ad agricolas ut acciperent fructus eius. **RABA.** Unde tempus fructuum posuit non puentum nullum enim est fructus populi contumacia. **CHRY.** in bo. Seruos dicit prophetas: qui offerunt quasi sacerdotes domini populi fructus et obedientie obsequium per opera. Hi autem non solum malicia potiti sunt in non dando fructum sed etiam in indignando ad eos qui venerunt et sanguine manus impleuerunt. unde sequitur: Agricole autem apprehensis seruis: alii ceciderunt: alii vero lapidauerunt. **HIE.** Ceciderunt quidem ut hieremiam: occiderunt ut isaiam: lapidauerunt: ut naboz et zachariam quem interfecerunt inter templum et altare. **CHRY.** super math. Per singulos autem gradus malicie: dei misericordia addebatur: et per singulos gradus diuine misericordie malicia iudeorum crescebat et sic contra dei clementiam malignitas humana certabat. unde sequitur. Iterum misit alios seruos plures. **PO.** et fecit illis similiter. **HILA.** Misit autem plures prioribus illud tempus dei: gnat quo post singulorum prophetarum predicationem: plures simul numerus prophetarum emissus est. **RABA.** Vel primi serui qui misii sunt: ipse legislator moyses intelligitur: et aaron primus sacerdos dei: quos cecos flagello lingue vacuos emisit. alios autem seruos prophetarum chorus intelligit. **HILA.** In filio autem ad vltimum misso domino nostri aduentus significat. Sequitur enim: Non autem mihi ad eos filium suum. **CHRY.** in bo. Quare autem non cōfessum misit: ut ex his qui ad alios fecerant: seipsos accusarent: et furorem dimittentes vercederentur propter filium aduenientem. unde sequitur: Vere si meum. **CHRY.** hunc autem misit non quasi ad obnoxios pene iniam bauiantem: sed pnie veniam misit enim eos confundere non punire. **HIE.** Quod autem dicit: Vere si meum. non de ignorantia venit. Quid enim nesciat paterfamilias quod hoc loco deus in-

telligitur sed semper abigere de^o dicitur ut libera volū-
tas hōi refuatur. **CRHY.** in ho. Uel hoc dicit annuncian-
s quid fieri debebat: qm oportebat eos verecundari: p-
r hoc. n. vult ostendere peccatū eorum magnūz 7 oī ex-
cusatione pūatū. **ORIGE.** Uel illud quod ait: Verebū-
tur filiū meum: videtur impletū in illis iudeis qui intelli-
gentes chriſtū crediderūt in eū. Hoc autē qd sequit. Agri-
cole autē videntes filiū: dixerunt inter se: hic ē heres: ve-
nite occidamus eum. in illis impletū ē: qui videntes chri-
ſtū: 7 cognoscentes filiū dei: nihilominus crucifixe-
runt eum. **HIE.** Interrogemus Arriū 7 Eunomiū: Ecce
pater dicitur ignorare: quicquid pro patre ruderint: hoc
intelligent de filio: qui se dicit ignorare consummationis
diē. **CHRY.** sup mat. Dicit autē quidā: qz post incar-
nationē: dictus est chriſtus filius ex baptismo: sicut ceteri
sancti: quos ex hoc loco conuincit oīs. vbi dicit: Dic
tam filiū meūz. Qū ergo adhuc cogitabat ad transmi-
tendū filiū post pphetas: iam filius erat deinde si eo mō-
dō filius sicut oēs sancti ad quos factū ē verbū dei debuit
7 pphetas dicere filios sicut 7 chriſtū: aut 7 xp̄z seruū di-
cere sicut 7 ceteros pphetas. **HIE.** Per hoc autē qd
dicunt: Hic est heres manifeste dominus probat iudeoz
principes: non per ignorantiā: sed per inuidiam dei fi-
liū crucifixisse. Intellexerunt enim eum esse illū cui pa-
ter per prophetam dicit: Postula a me 7 dabo tibi gen-
tes hereditatem tuam. Hereditas quippe filio sancta ec-
clesia data ē: quam nō moriens pater illi reliquit: sed ipse
sua morte mirabiliter acquisiuit. **CHRY.** super matth.
Tamen postq̄ introiuit in templū 7 vendentes animalia
que ad sacrificium pertinebant foras eiecit: tūc precipue
cogitauerunt eum occidere. vnde dicunt: Venite occida-
mus eum: Dicebant enim intra se: Necessē ē ut populus
per istum dimittat consuetudinem hostiarum que ad no-
strum pertinent lucrum: 7 acquiescat offerre sacrificium
iusticie quod ad gloriā pertineat dei: 7 sic iam non erit
populus iste possessio nostra: sed dei. Si autē occideri-
mus eum: dum non est qui iusticie fructus a populo que-
rat: semper durabit consuetudo offerendarum hostiarū
7 sic populus iste erit nostra possessio: 7 hoc ē quod seq-
tur: Et nostra erit hereditas: hoc est cogitatio communis
omnium sacerdotum carnalium: qui nō sunt solliciti qūo
viuat populus sine peccato: sed aspiciant quid in ecclesia
offeratur: 7 hoc estimāt sacerdotū sui lucrum. **RABA.**
Uel hereditatem occiso eo pręcipere moliebantur iudei
cum fidē que per eū est extinguerē: 7 suā magis que ex le-
ge est iusticiā pferre ac gentibus imbuendis conabatur
inserere. Sequitur: Et apprehensum eū eiecerūt extra vi-
neam 7 occiderunt. **HILA.** Chriſtus enim extra hierusa-
lem tanq̄ extra vineam in sententiam damnationis abie-
ctus est. **ORIGE.** Uel quod dicit: Eiecerūt extra vineā
Tale mihi videtur q̄tum ad se alienum eum esse iudicaue-
runt a vinea 7 colonis. Sequit: Tūz ergo venerit domi-
nus vinee quid faciet agricolis illis. **HIE.** Interrogat
quidem eos dominus: non q̄ ignoret quid respōsuri sint
sed ut propria rñsione damnetur. Sequitur: Aliunt illi:
Malos male perdet: 7 vineam suam locabit alijs agrico-
lis. **CHRY.** sup matth. Qd autēz verum responderunt
non est illo: um qui iuste iudicauerūt: sed ipsius cause: ve-
ritas enim ipsis violentiam fecit. **ORIGE.** Sicut enim
cayphas: sic 7 isti nō ex se prophetauerunt contra se: qm
tollenda ab eis erat eloquia dei 7 danda gentibus fructū
in tempore daturis: vel dominus quez occiderunt statz
venit resurgens a mortuis: 7 malos quidē colonos ma-
le perdidit: alijs autē colonis. i. apostolis vineam suaz
consignauit. i. eis qui ex iudæico populo crediderunt.
AVG. de con. euan. Marcus autē hoc ab ipsis non re-
sponsū cōmēnorat: sed dominū hoc consequēter lo-
cutū post interrogationē ipsum sibi quodāmodo respon-
disse. Sed facile pōt intelligi vel illoz vocē ita subiectaz

ut non interponeretur: illi responderunt: sed tamen intel-
ligeretur: aut ideo rñsione istam domino potius attribui-
tam: qz cū verum dixerunt: etiam de illis hoc ipse respō-
det qui veritas est. **CHRY.** in ho. Uel non est contradi-
ctionis 7 enim vtraz facta sunt: qz. s. 7 ipsi primo hoc re-
sponderunt: 7 postea dominus intrauit. **AVG.** de con.
euan. Sed illud magis mouet q̄ lucas non solum eos hoc
respondisse non dicit: vtz etiā contrariā retulisse respon-
sionem. Ita enīz narrat: Quo audito sententia ex ore do-
mini prolata dixerunt: Absit. Restat ergo ut intelligamus
in plebe que audiebat quosdā respondisse quod matthe-
us pmemorat: quosdā vero illud quod lucas dicit. i. Absit
Nec moueat q̄ mattheus principes sacerdotum 7 seni-
ores populi dixit accessisse ad dñz. 7 sic sine interpositio-
ne alicuius persone sermo continetur: vsqz ad hoc q̄ de
locata agricolis vinea cōmēnoratur. Potest enīz putari
oīa hec cūz principibus sacerdotū locutum fuisse: 7 mat-
theus breuitatis causa tacuit quod lucas non tacuit: pa-
rabolā scilicet istā non ad eos solos dictaz q̄ de potestate
interrogauerant: sed ad plebē in qua erant qui dicerent:
perdet illos 7 vineā suā dabit alijs: que vox recte etiam
ipsius domini fuisse intelligitur: siue propter veritatē: siue
propter membrorū eius cū capite vnitatē. Erant etiam
qui talia respondentibus dicerent: Absit. qz intelligebat
contra seipios parabolam esse dictam. **CHRY.** super
matthe. Uel aliter: Lucas quidem fm rñsionem oīs
corū narrat: Mattheus autē fm rñsionē cordis
nam vere visibiliter quidem in facie contradixerunt dū-
tes: Absit. In conscientia autē susceperunt dicentes.
Malos male perdet. Sicut cum homo deprebensus
fuerit in malo: verbis quidem excusat: intus autē eius
conscientia recognoscit. **CHRY.** in ho. Uel aliter: Do-
minus propter hoc eis parabolam proposuit ut ipsi non
intelligentes contra se sententiā pferrent: sicut 7 ad oīa
uid dictum est per nathan. rursus autē intelligentes que
dicta sunt contra se esse dixerunt: Absit. **RABA.** Do-
raliter autē cuiqz vinea locatur colenda cum baptis-
mū datur: q̄ operando exerceat. Mutatur seruus
vnus alter 7 tertius cum lex psalmus prophetia legitur:
quorum monita bene operetur. Sed missus ceditur: ei-
tur cum sermo contemnitur: vel quod peius est blasphem-
matur. Deredem quantum ad se occidit qui filius dei co-
culcauerit 7 spūitui gratie contumeliā fecerit. Perduo
malo cultore vinea alijs datur: cum donum gratie quod
superbus spūerit humilis accipit. **CHR.** super mat.
Deinde quasi non acquiescentibus illis testimonium scri-
pturę inducit. Sequitur enim dicit illis iesus: Nunquam
legistis in scripturis: Lapidē quem reprobaueūt id est si
parabolas meā non intelligitis: vel istā scripturā cognos-
catis. **HIE.** Varijs autēz parabolis res eedem conte-
runtur. quos enim supra operarios 7 agricolas appella-
uit: nunc edificatores id est cementarios vocat. **CHRY.**
SOSTI. in ho. Lapidem autē chriſtus vocat: edificato-
res autē doctores iudeorum qui chriſtū reprobaueūt
dicentes: hic non est a deo. **RABA.** Sed illis nolentibus
idē lapis caput anguli firmavit: qz de vtroqz popu-
lo: quotquot ipse voluit sua fide coniunxit. vnde sequitur
hic factus ē in caput anguli. **HILA.** Est enīz caput an-
guli factus: qz est inter legem 7 gentes lateris vtriusqz cō-
iunctio. **CHRY.** in ho. Deinde ut oīscat qm nihil eoz
que fiebant: deo contrariū erat. subdit: A domino factū
est. **ORI.** i. iste lapis donū ē donatū a deo edificio vni-
uerso: 7 admirabile caput i oculis nostris q̄ possumus eū
videre oculis mentis. **CHR.** super matth. Quasi diceret:
Quare nō intelligitis in cuius edificij angulo ponē-
dus ē ille lapis: nō in nostro qm reprobatū ē: sed in alio
Si autē aliud edificij est futurū: ergo nostra edificatio est
contemnēda vnde subdit: Ideo dico vobis: qz auferetur
a vobis regnū dei: 7 dabitur gentibus facientibz fructū
eius

eius. **ORI.** Regnū dei dicit mysteria regni dei. i. diuinas scripturas quas tradidit dominus: primo quidez populo illi priori cui credita sunt eloquia dei: secundo aut genitibus facientibus fructum: nemini enim datur verbum dei nisi facienti fructum de eo: et nemini in quo peccatum regnat datur regnum dei: quomodo ergo illis datus est: a quo et ablatus est: Sed considera quomodo quod datur: intelligitur gratis datur. Quibus ergo locuit non omnino quasi electis et fidelibus dedit. quibus aut donauit: cuius iudicio electionis donauit. **CHRY.** super mat. Lapis autem dicitur christus: non solum propter firmitatem: sed etiam quia est inimicorum magna confractio. unde sequitur: Et qui ceciderit super lapidem istum. **HIERO.** Qui peccator est et tamen in illum credit: cadit quidem super lapidem et confringitur: sed non omnino conteritur. Refer uatur enim per patientiam ad salutem: super quem uero ille ceciderit: hic est cui lapis ille irruerit: et qui christum penitus negauerit: sic conteret eum ut nec testa quidem remaneat in qua hauriatur aque pusillum. **CHRY.** super mathe. Aliud est enim confringi: aliud comminui: de eo enim quod confringitur: aliquid remanet. quod autem comminuitur quasi in puluerem conuertitur. quod autem cadit ad lapidem non frangitur finis est lapidis uirtus: sed in quantum fortiter cadit: aut propter pondus suum: aut propter altitudinem casus: sic et christianus peccans: non tantum perit quantum potest perdere christus: sed quantum ipse se perdit per opera sua: aut propter magnitudinem peccati: aut propter altitudinem dignitatis. Infideles autem pereunt tantum quantum potest eos perdere christus. **CHRY.** in bo. Uel hic duas perditiones eorum ostendit: una ab eo qui offenderunt et scandalizati sunt: quam designat dicens: Qui ceciderit super lapidem. alia in captiuitate eis superuentura: quam manifestat dicens: Super quem ceciderit. **AVGV.** de que. euange. Uel de his dicit qui cadet super eum qui illi modo contemnunt uel iniurijs afficiunt: Ideo nondum penitus intereunt: sed tamen confringunt ut non recti ambulent super quos caderet: cum ueniat de super in iudicio cum pena perditionis: 36 dicit: Ceteret eorum: ut sint impii tanquam puluis quem proiecit uentus a facie terre.

Et cum audissent principes sacerdotum et pharisei parabolas eius: cognouerunt quod de ipsis dicebat. Et querentes eum tenere timuerunt turbas quoniam sicut prophetam eum habebant.

HIERO. Quamuis duro corde iudei propter incredulitatem essent: tamen intelligebant contra se omnes dominum sententias dirigi. unde dicitur: Et cum audissent principes sacerdotum et pharisei. parabo. eius: cognouerunt quod de ipsis dicebat.

CHRY. super mathe. Nec est autem differentia bonorum hominum et malorum. Bonus enim comprehensus in peccato: gemit quia peccauit: malus autem fremit: non quod peccauit: sed quod comprehensus est in peccato: et non solum penitentiam non agit: sed magis aduersus corripientem irascitur. unde et isti comprehensi: magis ad maliciam sunt excitati. Sequitur enim: Et querentes tenere eum timuerunt turbas: quoniam sicut prophetam eum habebant.

ORIGENES. Sapiunt quidem aliquid de eo quod uerum est prophetam eum estimantes: non autem magnitudinem eius intelligunt finem quod erat filius dei. Turbas autem sic sapientes de eo: et paratas pro eo pugnare timent principes: neque ad eorum scientiam pertingere possunt: nihil dignum sentientes de eo. Deinde sciendum est: quoniam uolentium iesum tenere differentia est. Alii enim principes pharisei querebant eum tenere: aliter sponsa que dicit: Tenui eum: nec dimittam. adhuc enim tentura melius si cut dicit: Ascendam in palmam et tenebo altitudinem eius. Omnes enim non recte sapientes de diuinitate tenere uolunt iesum: et perdere eum. Et alia quidem uerba preter uerbum christi possibile est comprehendere et tenere. Verbum

autem ueritatis nemo potest comprehendere. i. intelligere neque tenere. i. conuincere: neque separare a sensu creditum neque mortificare. i. destruere. **CHRY.** super mathe. Oia etiam homo malus quantum ad uoluntatem suam et manus mittit in deum et occidit eum. Qui enim precepta dei contemnat: qui murmurat contra deum: et turbato uultu aspicit celum: nonne si fieri potuisset manus mitteret in deum et occideret eum: ut iam licenter peccaret. **RABA.** Sed tamen qui timent mittere manum in iesum propter turbam quotidie in ecclesia geritur: cum quilibet solo nomine frater fidei et pacis unitate quam non diligit: propter bonos cohabitantes uel erubescit impugnare uel timet. **CA. XXII.**

S respondens iesus dixit iterum in parabolis eis dicens. Simile factum est regnum celorum homini regi: qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos uocare inuitatos ad nuptias: et noluerunt uenire. Iterum misit alios seruos dicens: Dicit inuitatio: Ecce pradium meum parauit: tauri mei et altaria occisa sunt: et oia parata: uenite ad nuptias. Illi autem neglexerunt: et abierunt: alii in uillam suam: alii uero ad negotiationes suam. Reliqui uero tenuerunt seruos eius: et contumeliosi affectos occiderunt. Rex autem cum audisset iratus est: et missis exercitibus suis perdidit homicidas illos: et ciuitatem illorum succedit. Tunc ait seruis suis: Nuptie quidem pate sunt: sed qui inuitati erant non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus uias et quoscunque inuenieritis uocate ad nuptias. Et egrediens serui eius in uias congregauerunt omnes quos inueniunt malos et bonos: et implete sunt nuptie discubentibus. Intrauit autem rex ut uideret discubentes: et uidit ibi homines non uestiti ueste nuptiali. Et ait illi: Amice quomodo hic intraisti non habens uestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris: Ligatis manibus et pedibus eius mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentium. Multi autem sunt uocati pauci uero electi.

CHRY. in bo. Quia dixerat: Dabitur genti facienti fructus eius hic ostendit cui genti. unde dicitur: Et respondens iesus dixit iterum in parabolis eis dicens: Simile factum est regnum celorum. **GLO.** Dicit autem: Respondens id est obuians prauae cogitationi eorum de morte sua. **AVG.** de con. euange. Parabolam autem istam solus matheus narrat: simile quidem etiam lucas commemorat: sed non est hoc: sicut et ipse 2do indicat. **GRE.** in bo. Hic per nuptias prius ecclesia: illic per cenam eternam et ultimum conuiuium designatur. quia et in hanc nonnulli exituri intrant: ad illud quisquis semel intrauerit ulterius non exibat.

At si quis forte contendat hanc eandem esse lectionem: intelligi fortiter potest: quia de piocto eo qui nuptiali ueste non intrauerat: quod lucas tacuit. Matheus dixit. quod uero per illum cenam: per hunc autem prandium dicit: ne quicquam obstitit: quia cum ad horam nonam apud antiquos prandium fieret: quotidie ipsum quoque prandium cena uocabatur. **ORI.** Regnum autem celorum simile est finem cum quidez qui regnat homini regi: finem eum autem qui conregnauit filio regis: finem ea uero que sunt in regno regis: seruis et inuitatis ad nuptias. Inter quos est et exercitus regis. Additum est autem homini regi: ut hominibus quasi homo loquatur: et dispensat homines non cupientes dispensari a deo. Sed tunc cessabit regnum celorum esse simile homini: cum cessante celo et contentione et ceteris passionibus et peccatis cessauerint finem homines ambulare: et